Manastirski w^z Tustanowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Premisliensibus
Nobilis Andreas Hriczkowicz Manastirsky a iure foroque suo
proprio recedendo primitque suae iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus
haereditariis et allodiis mobilibus et immobilibus quoad actum et effectum praesentis
inscriptionis attinet incorporando sanus mente et corpore existens publice ultro
et sponte est confessus recognovit Quia Nobili Sienko Tustanowsky et eius
successoribus debitam Nonaginta Sex florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis
veri certi liquidi mutuatique essencialis debiti tenetur Quam quidem summam
se cum successoribus obligat et inscribit eidem Creditori suo vel eius
successoribus pro die et festo Conversionis divi Sancti Pauli apostoli in anno
Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo venturo circa officium et
acta publica plenarie ac in effectu dare solvere reponere relinquere
non exspectando neque quovis modo arestare sub vadio similis
summae Nonaginta Sex florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis in de-
fectu solutionis summae eiusdem essentialis ad solvendum succumbendo ac
in summam essentialem et capitale debitum nimirum Centum Nonaginta duo-
rum florenorum pecuniae monetae polonicalis virtute inscriptionis praesentis conver-
tendo Quod vadium ad summam essentialem iunctum in bonis eiusdem reco-
gnoscentis omnibus haereditariis et allodiis mobilibus et immobilibus extendetur et ex-
tendi debebit Praeterea supranominatus recognoscens se cum sua poste-
ritate in bonis suis supraspecificatis omnibus praedicto Creditori suo
ac posteritati illius inscribit Ratione inscriptionis eius sive actis castrensibus ad
acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transportare sub
vadio Nonaginta Sex florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis Pro
qua quidem summa essentiali cum vadio iuncta tum vadio ob non
transportationem eiusdem inscriptionis succumbendo quibus despositionibus

debitor cum successoribus suis eidem Creditori suo vel eius posteris ci-
tare permiserit sub recedendo a suo proprio et competenti foro Coram
officio praesenti Castrensi Premisliensi in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio iure parere a processibus omnibus et inscriptione praesenti sub quibus
cum successoribus sibi Terminum eundem primum
peremptorium ac aliis consequentibus Nullis modis cum successoribus Motionibus
appellationibus evasionibus praescriptionibus suspensionibus termini et tertiae
dilationis ad quietationem minime euictorem vere vel simplici in-
firmitatibus suorum minorennitate ac legalibus quibusvis impedi-
mentis deferendo et evadendo secum successoribus praemissis aliisque
omnibus iuris remediis abrenuncians se et suorum successorum sub
amissione totius causae Nulla in praemissis praescriptione obstante

Zozanski donat Kobilanski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
misliensibus Nobilis Hryczko Woronicz Zozansky a terrestris districtibus
ac foro suis quibusvis propriis recedendo praesenti suae iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis omnibus haereditariis quoad actum et
effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando sanus mente et cor-
pore existens publice ultro ac sponte est confessus recognovit Quia bonum
suam Sedes dictum Medium Laneum agri dictum Kobilanowsky
in fundo villae Zozan inter agros Nobilis Hryczko Romano-
wicz Zozansky ex una et suum recognoscentem nuncupat Litwi-
nowsky partibus ab altera consistens Cum omni iure suo dominio
et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis pertinentiis [illegible]
fructibus Censibus proventibus utilitatibus quibusvis universis nul-
lis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis in spe-